

cap. 106 Forma donationis Constantini imperatoris^{a)} 1).

Quid autem Constantinus donaverit ecclesie, donationis tenorem videamus; inquit Constantinus, ut habetur in decreto di. lxxxxvi.^{b)} 2): 'Ego Constantinus imperator beato Silvestro pape . . . Datum Rome tertio kall. aprilis' 3). Petrus^{c)}: Ex hoc patet quod⁴⁾ imperium transivit in iurisdictionem pape cum regno Franchie Ytalie Alamanie Yspanie et ceteris regnis et provinciis⁴⁾. Silvester papa ac occidentis imperator^{d)} in recognitionem sui domini imposuit cunctis provinciis, ut darent reddecimum^{4a)}, quod est quoddam feudum, quod facit mundus in recognitionem, quod sit dominus temporalis et imperator occidentis⁵⁾. Queritur utrum beatus Silvester fuerit imperator ex Constantini donatione, et videtur quod non, quia imperator non est destructor imperii sed conservator; sed donatio Constantini fuit destructio imperii; ergo non fuit alicuius vigoris. In contrarium est, quia donatio imperatoris tenet et <imperator> potest alienare res imperii, ut ff. de leg. i. *Apud iul. § ultimo*⁶⁾. Ad istam questionem est dicendum, quod beatus Silvester fuit imperator de iure divino et humano. Innocentius quartus dicit⁷⁾, quod Constantinus dedit ecclesie dominium imperii^{e)} occidentalis non solum utile sed et directum; imperii vero orientalis dedit dominium indirectum retinens utile; nisi enim imperii orientalis ecclesia dominium non habuisset, Grecos imperio privare non potuisset. Petrus de Palude dicit, quod⁸⁾ Silvester papa retentis sibi necessariis terris, scilicet regno Sicilie et pluribus aliis terris, reliqua imperatori Constantino imperia in occidente et oriente gubernanda reddidit⁸⁾, dans ei totius imperii temporalis iurisdictionis executionem, retinens sibi semper imperii plenum dominium quantum ad auctoritatem. Inde est quod transfert imperia auferens ab orientalibus et conferens occidentalibus, quod facere non potuisset, nisi imperii orientalis et occidentalis dominus non fuisset⁹⁾. Item Petrus¹⁰⁾: Quia Constantinus tradidit ecclesie omnes occidentalium provincias, ex tunc regnum Franchorum fuit sub dominio ecclesie in temporalibus similiter et regnum Ytalie et Alamanie. Item Constantinus¹¹⁾ magnus in nicena synodo ubi interfuit consensit et se

cap. 106 a) donationis facte ecclesie per Constantinum imperatorem W
b) lxviii B, lxviii W c) om. W d) imperator occidentis tr. W
e) ecclesie B

1) Zu dem ganzen Kapitel vgl. CM cap. 341, 342, 345 und 371.
2) D. 96 c. 14. 3) Galv. teilt längere Abschnitte aus den §§ 2 und 5—8 mit. 4) quod — provinciis vgl. Petrus de Palude, Tract. de pot. papae 238, 28—32. 4a) Ungewöhnlicher Ausdruck für decimae; vgl. CM cap. 371: (Silvester statuit) quod darent reddecimum, quod est quoddam feudum, licet in veteri testamento essent de iure divino (vgl. Nm. 18, 21) und GA cap. 134 f. 34r; zu dem Wort vgl. Bulletin Du Cange (ALMA) 20 (1950) S. 232 ff. 5) Vgl. Aegidius Romanus, De eccl. pot. 1, 5 S. 14, Jakob von Viterbo, De reg. christ. 2, 7 S. 241, Alexander a S. Elpidio, De eccl. pot. II 9, 5 S. 26 und Petrus de Palude, Tract. de pot. papae 228, 1 ff. 6) Dig. 30. 39. § 10. 7) Diese angebliche Äußerung Innocenz' IV. ist eine fehlerhafte Kontamination aus Petrus de Palude, Tract. 225 f. und 258, 1—14; vgl. ferner ebd. 118, 1 ff. Zum dominium utile und zum d. directum vgl. Wilks, The Problem of Sovereignty, S. 208 Anm. 1 und das Memoriale von 1313 in MG Const. 4, 2 Nr. 1250 S. 1340, 27 ff. 8) quod — reddidit vgl. Petrus de Palude, Tract. 258, 36 f.; ferner GA cap. 108 und CM cap. 371. 9) Vgl. Heinrich von Cremona, De pot. papae S. 466. 10) Vgl. Petrus de Palude, Tract. 238, 28—32; s. o. Anm. 4. 11) Constantinus — confirmaret vgl. CM cap. 338 f. 123r und Tholomeus von Lucca, DC 20, 5—14.